

Wladislai regis consensus super obligatione villa Bodarowo in centum maris Janussio de Lagiewniki per Fraczkonem Szobriwicz.

26

Wladislaus Dei gratia rex Polonia, Lithuanieque princeps supremus, et heres Russia etc. Significamus quibus expedit universis, quod habito respectu ad constanti fidelitatis obsequia nobis per nobilem Fraczkonem Szobriwicz nostram fidem dilectum exhibita, et in posterum prestanti exhibenda, sibi de regia benignitatis clementia, hanc tenore presentium concedimus facultatem, quod villam nostram Bodarowo in districtu Pobedziskij sitam, quam a nobis in centum maris grossorum laterum numeri Polonicis, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, tenuit, nobili Janussio de Lagiewnikij, alias de Kalwo heredi, in eisdem centum maris grossorum, eo iure quo ipsam solus tenuit, poterit obligare. Quam quidem villam idem Janussius in predictis centum maris grossorum, cum eius pertinentiis, videlicet agris, pratis, campis, pascuis, silvis, nemoribus, lacubus, piscinis, molendinis, emolumentis, et appendiis universis, tenebit, possidebit et habebit, quousque

sibi

sibi aut successoribus suis predicta cen-
tum marcae per nos vel successores nos-
tros fuerint persoluae integraliter et ad
plenum. Ita tamen, quod idem Franciscus
de possessionibus sub nostro dominio et
in regno nostro pro trecentis maris Bo-
lonicalis numeri emere sit astrictus, ratio-
ne donationis centum marcarum predicta-
rum per nos sibi facta, prout in literis
nostris, quas alias sibi super eisdem cen-
tum maris dederamus, lucidius continet-
tur, harum quibus sigillum nostrum ap-
pensum est testimonio literarum. Datum
in Poznania feria tertia festi pentheco-
stas, anno Domini millesimo quadringente-
simo primo.

Ad relationem
domini Clementis
vicecancellarij

Ja kopia przepisana z orygina-
tu pergaminowego dnia osme-
go Stycznia 1785. Roku. U-
dotu na zawiazce pergamin-
owej wisi pieczotka na mas-
sie czerwonej wyisniona.